

disput. sequenti illud confutabo. nu. 17.) Veracr. i. p. Speculi, art. 15. fin. & appendice ad eundem ar. 15. ad finem, fol. 124. Eniquez lib. 1. de matrimonio, c. 15. no. 8. Barthol. Ledesma dubio 20. de matrimonio, conclusi. Manuel. i. tomo summe. 2. editione. cap. 243. num. 14. Quod maximè verum est. Nam etiam quando tuerque coniux cōmuni consensu vovit, non defunt, qui dicant teneri verumq. reddere. (vt videbimus disput. sequenti num. 9.) Imò credo priori bimellri ante consummatum matrimonium, vel si coniux vovens dederit istam diuтори causam, adulterium pérpetrans, quod casu non est. sub præcepto redditio debiti, sed spontanea, posse alterum voventis reddere, sicut licet tunc reddere coniugi, qui votum emisit absque dicta licentia, dixi disp. præced. num. 28. Et quan- do votum emissum est ante matrimonium: dixi disp. 6. num. 12. vbi id probauit. Addo idem me credere, quanvis licentiam cesserit cōsūx, qui non vovit, ad omnino dām cālitatem vovendam, cedēs omni rite iustitiae, quod ad petēdū habebat: ad huc enim tenet illi petenti contra vorū reddere debitum. Nam alter cū nullum inierit pactum, nec iure iustitiae ad petēdū cesserit, sed tantum se vincio reli-

gionis voti Deo obligari, si coniux votum petat debitum, exigit quod suū est, ac proinde eft illi reddendū. Solus enim, qui nō vovit, nullo inito pacto ex parte voventis, ius suum petendi à se abdicavit. Quod si qui vovit, renunciat ius iustitiae, & ab altera renunciatio acceptetur, non poterit illi voventi reddi debitum: nisi vt expli- cui num. 7. fine) iterum concedat illi alter. coniux ius ad petendum.

Ad argumenta nu. 10. proposita respondeatur. Ad primum dic. D. August. expresse loqui, quando tuerque coniux cōmuni placi- cito vovit. Ad secundū negaror eam esse rationem. Sed quis petit libi lege iustitiae debitum. Ad confidic illum non adiuvare quod votum infringatur, nec id intendere: sed reddere debitum iustitiae. Sicut reddēs numeros proprios, volenti eis meretricem conducere ad forniciandum, non cooperatur fornicationi. Ad tertium negaror antecedens. Quia non adest pactum aliquod, sicut dum tuerque pari consensu vovet. Ad quartum die voventem nullum ius re- nunciari, nisi in ordine ad Deum, cui soli per votum obligatur. Quod si ius iustitiae in alterum renunciat, ab ipso acceptetur, iam dixi nu. præcedenti, in fine, non esse reddendum.

DISP. TRIGESIMA SEPTIMA.

Votūm vota per coniuges, siue mutuō consensu, siue scorsum emissā, castitatis, religionis, non in eundi matrimonium, vel per virū, ordinis sacri suscipiendo, vel religionis, vxorem autem castitatis: aut per alterum castitatis, per alterū verò religionis, licita sint, ac impediāt debiti petitionem, & redditionem?

SVM MARI V.

Ad Quid obligent hec vota scorsum ab vtroq; coniuge fadūt num. 1. si tuerq; marī nonno inito vovit scorsum castitatem, posse reddere priori bimellri ante consummationem, vel altero adulterante num. 2. Auferetur votum mutuō consensu factum, si tuerque scorsum, & independenter ab altero, habita eam etiā licentia vovet? nu. 2. Au duis sic independenter, ac cum licentia alte- riū vovit tuerq; castitatem, posse, & petere, & reddere, etiam priori bimellri ante matrimonij consummationem, vel si alter sit adulterus num. 4.

Quid, si sit votum religionis cōmuni placito emissum, ac peccent ambop tendo, & reddēdo, exiam tempore novitatis? num. 5. Quid, si votus sit non in eundi matrimonij, cō- munia assensu factum? num. 6. Quid, si cōmuni placi-ito vir vovet ordinis suscipiendo, & vxor castitatem? num. 7. Quid, ibi cōmuni assensu, alter religionem, & alter castitatem promitti? num. 8. Quid, si tuerque cōmuni placito, vovet, coniunctionem? Refertur opinio num. 9. Neuter potest tunc petere, aut reddere? nu. 10. Quid, si alter tunc fornicians? num. 11. An altero, aut viro que fornicante, possit Ecclesiā eos ad cohabitantū cogere? Et enoda-

tur.

tur. cap. tua, el. 2. de iure int. nu. 12.

An coniuges post id murum simplex communi placito votum castitatiū emissum, aut si iam al: eriē ad ordines promotus sit, aut al- ter, seu vierque professus, rem habentes, peccent perinde ac si coniuges non essent, vel teneantur aperire se coniugatos esse? nu. 13. An absoluantur a mutua cohabitatione, & ab alijs obsequijs, voto castitatiū cōmuni placi-ito emissum, ita ut licet alter ad religionē transire? num. 14.

An si hoc voto emisso, tradant iterum fibi coniuges mutuō corporum possit, peccent, ac possint petere, & reddere? nu. 15. & ibi, remissive, an fas sit coniugibus id votum pos- sit irritare.

Ab illicet alteri coniungi licentia alterius, rel- vōtique cōmuni consensu, id castitatiū votum in scalo emittere. Refertur opinio, nu- mero. 16.

Proponitur sententia auctoris: Et engandur c. tas, el. 2. de iure iur. & cap. 5. vir. & vxor 27. q. 2. & cap. vienens, de regel. num. 17.

An padum marum absque voto, nec petendi,

ne reddendi, validum sit? Proponitur qua-
dam opinio, num. 18.

Validum est, & possint ambo remittere, & pe-
tere, & reddere. num. 19.

Quid, si vovante firmatur? Et quando inva-
menstrum quod pietatem cōcerit, alteri pra-
ficiunt, posse ab ipso remittere? num. 20. &
quid, si alter, aut tuerque scorsam vovet, &
castitatem eodem? num. 20.

Non teneat alter reddere? num. 21.

Tenebitur si videat alterum petendo inconti-
nentia expostum, num. 22. & ibi, an semel,
vel iterum concubentes q̄ coniuges cōse-
ntur pactum remittere?

Pote illicet petere per modum amicitiae, non
samen exigere. num. 23. & ibi, quid si alte-
ri immixtā incontinentiam petendum, an pos-
sit cogere?

Solitudo argumenta. num. 24. & ibi, an sit
remissio, & concessio in eundem, tam coni-
uges, post murum castitatiū votum, petent
debitum?

Et Quidem quando non mutuo
conuersus, sed scorsum hec vota e-
missa sunt, abque alterius coniugis licentia, idem prorsus dicen-
dum est, ac si alter coniux vovisset post ma-
trimonij abque alterius licentia. Ad id
enim ad quod tenebitur altero coniuge
non vovet, & de qua obligatione egli tota
disp. 35. tenebitur tuerq;. Quia tuerque

vovit independenter, & absq; alterius licen-
tia, ac proinde virumq; votum suum ligat
bit authorem. Atq; ideo hicut votum cali-
tatis ab vtroq; coniuge ante matrimonium
emissum, virumq; strigit ad nō petendū
debitum, & ad reddendum tenentur ambo.
(vt dixi disp. 3. nu. 8.) Ita post matrimo-
nium emissum abfq; licentia, cundem esse
cum, & obligationem parit. Ut benē do-
cent Angelus matrimonium 3. impedime-
to. nu. 5. Ludovic. Lopez. i. p. instruc. c.
46. §. verū q̄ ad. Quantus Rosel. verb.
impedimentum, impedimento 4. num. 6.
Sylvest. matrimon. 7. q. 5. disto 6. Guillelmus
Rubion. 4. d. 38. q. 1. art. 1. concil. 3. afferant
neutrū coniugem eo voto ligatum, sive
ante matrimonium, sive post, posse debitū
reddere. Quos reprobaui supro, disput. 33.

Imò licet quando ante matrimonium v-
terque coniux vovit castitatem, neuter pos-
sit debitum priori bimellri ante matrimonium
consummatum, reddere, nec innocēs
voto eo affrictus alteri adulteranti. (vt pro-
bavi disp. 6. n. 14.) At in praesenti casu, quā
do post matrimonium, id votum factū est
ab vtroq; distinguendum est, ac dicēdū:
sicut dixi xi, & dixi disp. 35. n. 23. & seqq.
quando alter solus id votum emisit abque
alterius licentia.

Nec existimo esse motuum consensum,
quando tuerq; scorsu vovit de licetia al-
terius, independenter tamen alter ab alte-
rio, & non per modum reciprocā conuen-
tionis. Ut si nūc maritos obtenta vxoris
licentia vovet castitatem, & eo voto facto
per similem licentiam vxor à viro, eaq;
obtenta vovet, ut minimē fuerit inter
eos mutuum pactum initum, vovet ut vo-
reas. Quia in priori eventu nullus adest
contra nullaq; conuentio: in posteriori au-
tem, est facio, ut facias. Atq; ita videtur sen-
tire Sotus lib. 7. de iust. q. 3. art. 1. ver. argu-
mentum autem: ybi votum mutuo con-
fessu emissum, sit esse quoddam genus mutui
contractus, facio ut facias. Et Lud. Lopez
pro. preced. allegatus, vbi dicit tunc adesse
tale votum, quando tuerq; cōsūx vovet ē
hae conditione, vovet ut vovetas.

Quando autē tuerq; coniux vovit ca-
stitatem post matrimonium habita prius
licentia, ac non mutuo consensu, sed scorsu,
& alter independenter ab altero, li-
centia fuit absoluta ad vovendum, neutri
sunt debitu petere propter votū castitatis
vtriusq; at tuerq; petenti est reddendum.

Quia

Quia vterq; sacrilegè aduersus votū exīgens debituū, ius iustitiae, vt sibi reddatur, retinet. (vt dixi disp. præced. num. 5. & 11.) Et de priori bimestri, vel si alter adulteretur, distingendum est eodem pacto, quo eadē disp. præced. n. 6. dixi, quādo alter solus de licentia alterius votū. Quia (vt ibi. num. 5. probauit) ea licentia est ad solūm non pētendū, & nullo modo claudit non reddere. Quād si licentia fuerit ad vocū omnīmodam castitatem, adhuc vterq; tenebitur alteri reddere. (vt probauit disp. præced. n. 11.) At priori bimestri ante consummatū matrimonio, neutri licebit reddere, si tunc fuerit id votū ira factū. Quia redditio est spontanea, ac quilibet tenerit voto castitatis pēfēctā, ac proinde abstineat ā redditio, quando matrimonio non constrīgit reddere. Sicut si ante matrimonio alter voulisset castitatem, teneatur in hoc casu nō reddere (vt probauit disp. 6. n. 14.) Atq; similiiter altero adulterate tenebitur innocens, qui sic votū, ei non reddere. (vt dixi eo. n. 14.) At adulterate tenebitur reddere innocentē petenti. Quia innocens est liber ā reddendi obligatione, ac subinde ratione sui voti tenetur abstineat. Nocens autē minimē liber est, quare alteri quānus sacrilegē petenti, negare non poterit debituū. Quād si vterque ius iustitiae omnīmō abdicavit, ab altero; acceptetur, neuter poterit alteri debituū reddere, nisi ambo interū sibi ius concedant: vt dixi disput. præcedenti num. 11.

Si autem votum sit religionis communī consensu ab vterq; cōiuge emissum: si ante matrimonio consummationem contingat: videtur peccari cōsummando prima vice, sicut si alter solus tūc voulisset religionem, peccaret mortaliter consummans, siue petendo, siue reddendo. (vt probauit disp. 33. n. 14.) Non enim votum alterius coniugis alterum ab onere proprii voti adimplendi releuat, iūdō cōfert, vt magis ligetur. Cum vterq; communī placito voulenti, cōfert prorsus iniuria matrimonij priūs initi, quā obligationi voti pēfēctā obstat posset. Ad dicendum est minimē eos coniuges pecare, siue petendo, siue reddendo. Et ratio disparitatis est. Quia quādo alter solus voulit religionem, seu vterq; etiam de licētia alterius, non tamē communī consensu, & per modū pacī, tenetur vterq; independenter ab altero religionem ingredi, quod p̄fēctare non potest semel consummans, ac proinde lethali delinquit, quasi se im-

potentem reddens, quō votum expleat. At quando vterq; communī consensu votū, matrimonium consummet, ac anteas: & licet antea posset alter ingredi altero nō leste, fecus autē post, atq; ita impotentior videatur effectus ad votū expēndū: at minimē tenetur ingredi, altero ingredi nō leste. Cū per modū pacī se obligari vterq; ac subinde altero implere nō leste, alter liber est. Quād si vterq; velit ingredi, potest & quē consummatū matrimonio, ac ante consummatiōnem. Nec votum illud religionis implet debiti petitionem, aut redditionem, quando hæc non impeditur facultate ingrediendi. Cū nō sit votum castitatis. Si cū nec tunc fornicatio sacrilegi: esset illi contra votū. Nec potest dici statim eo voto emiso, cū statim veline mutare, abdi casse ā eos dominum, ac ius corporum. Qui simplex promissio religionis non est abdicatio vñus coniugalis, ut pote, qui voto minimē aduersetur, sed est promissio afflimenti statim, in qua ei vñi voto solemnē renunciabitur. Credo tamen neutrum cōiugem teneri ad reddendū alteri, ante matrimonio consummationem. Non quidem priori bimestri, quia nec secluso voto ad id tenetur. Nec eo transacto. Quia potest cogere alterum, ut fidem pacī seruit, & religionem ingrediatur, quād si nō potest, se illēsum conferuare, ut altero inuitu posset possit ingredi. Quod efficeri non posset transacte eo bimestri, eo voto ab eo communī consensu emiso, nī statim ini- gredere religionem, prōpter iniuriam matrimonij. Quād si votum id religionis communī placito ab vterque cōiuge emissum, si post matrimonio consummatum, a fortiori neuter peccabit exigendo, vel reddendo: in dīc anno nouitius. Quia ante professionem neuter tenetur ad castitatem. Peccabit tamen lethali ter ille, qui est in mora implendi votum. Alter autem paratus implere, vacat culpa. Quia nec tenetur, nec potest ingredi altero non ingrediente. Existimō autem neutrum in eo evēntū tene- ri reddere. Quia p̄mittendo religionis ingressum, renunciariunt iuri exigendi, se que videntur mutuō ab hac obligatione absoluīt. Cū ad hoc statim mutandi facultatem sibi ipsi concesserint coniuges, ut perpetuā abſīneant ut hēc docet Cardinalis Hugo explicans illud: ad Corinth. 7. Nisi ex consensu ad tempus: in ex-

positione

positione morali. Ita que habent adhuc mu- tum ius, & dominium, ut licet, & amici- biliter debitum petant, non tamen, ut exigit, seu cogant ad reddendum. Quoniam hæc duo iura separati possunt mu- tuū pacto: sicut priori bimestri, vel quan- do alter adulter est, separantur. Potest e- nī illo bimestri vterque amicabiliter petere, vel adulter ab innocentē, non tamen exigere.

6. Si votum sit solūm abstinenti ab alio matrimonio inēndo, nil consert licen- tia, nec si emittant ante, vel post matrimo- nium consummatum. Cū enim ni- hil officiat praesenti matrimonio, quoad petitionem, vel redditionem debiti, sed eo soluto implendum sit, nil præstabit ea licentia.

7. Si autem communī consensu vir voleat promotionem ad ordinem sacrum, cum statim suscipiēndum constante matrimo- nio, vxor verò continentia, si vxor non sit hexagonaria, aut si eius ætas sit, suscepita sit incontinentia: neutrum vo- tum obligabit, siue factum sit ante matrimo- nium consummatum, siue post. Ratio est. Quia ad ordinis nequit vir promoue- ri ex sola vxoris licentia manentis in seculo cum voto continentia, nisi vxor hexagonaria sit, ac de incontinentia non suscep- ta. (vt diximus lib. 7. vbi. de ordinis im- pedimento.) Arquē proinde votum illud ac de re sibi illicita, & impossibilia, fuit in- validum. Et consequenter tale erit vxoris votum continentia seruanda. Cū enim non absolutē voulent, sed per modū cō- tractus, facio ut facias, ed ipso quād vo- tum alterius fuit irritum, hoc minimē ob- ligabit. Si autem vxor sit hexagonaria, & minimē suscepta de incontinentia, valebit vtrumque votum. Id enim sufficit, ut vir ad ordinē promoueri valeat. Credo autem ante promotionem viri ad ordinem sa- crum, fas esse vtrique petere, & reddere. Quoniam votum ordinis Sacri non im- pedit vñus conjugalem nondum ordine suscep- tro. Votum autem continentia vxoris, quod saltē petitioni in ipsa obstante vide- tur, non obligat donec vir suum votum expleat sufficiens ordinem sacrum. Est enī non absolutum continentia votum, sed pendens ab ea conditione, facio ut facias. At neuter reddere tenebitur, ut in si- mili dixi num. 5. fine. Quād si obijicias, votum mutuo consensu cōtinentia ab vter- que coniuge emissum, obligare altero nō

implete votum, sed fornicante. (vt num. 11. dicemus.) dic non esse simile. Nam cū vbi votum est mutuum continentia, vo- uens maneat efficaciter obligatus ad con- tinentiam, quā votū, nec huic obligatio- ni obstat fornicatio subsequens, manebit subinde alter coniux, qui pātum inijet, ob- ligatus. At cū alter coniux votū se ad or- dinē Sacros promouendū, minimē pa- cē implerē efficiat, donec promoue- tur, ac subinde alter coniux non tenebitur interim stare pacto. Nisi expressē intende- rit ex tunc se omnino, & independenter ab alterius obligatione le altingere. Quodin pacto non præsumitur.

Quād si communī placito, alter coniux castitatis, alter verò religionis voto afri- gancetur: & qui castitatem votū, habeat cō- ditions requisitas, ut cum solo voto ca- stitatis ipsius possit alter religionem ingre- di. Ut qui est hexagonarius, nec de incō- ntinentia suspectus, tunc siue ante matrimo- nium ratum, siue post, fiat votum, neuter peccabit petendo, nec reddendo: licet v- terque siue votum tanquam licitum, & possibile implere teneatur. Probatur, quia nō peccabit qui votū castitatem. Eō quod non tenetur ad votū, donec alter impleat. (vt num. præcedenti dixi.) Nec qui reli- gionem. Quoniam non tenetur ad castita- tē ex vi talis voti, donec in religione pro- fitetur. Nec consummatio matrimonium, redditur impotentior: cū possit in eo e- uentu etiam consummato matrimonio, al- tero inuitu religionem ingredi. Et intellige, qui voulit castitatem, non peccare tunc petendo: nisi expreſſe (vt codem nu- præcedenti, fine dixi) intenderit ex tunc se obligare independenter ab altero. Si ve- rō alter coniux duplē illam conditio- nem requisitam non habeat, ut cum solo voto continentia ipsius in seculo manen- tis, possit alter ad religionem transire: & matrimonium nondum cōsummatum sit, delinqut lethali, qui votum religio- nis emitit prima vice consummando, si- ue petat, siue reddat. Quia si impotentem efficit ad implendum votum. Eum verò, qui votum castitatis emitit, peccare: sua- deri videatur, qui, siue petat, siue red- dat, cū vtrumque tunc sit voluntarium, cooperatur peccato illius, qui religionem votū: ac se impotentem reddit quād vo- tum possit constante matrimonio seruare. Nam eo semel consummato, saltē deinceps tenebitur reddere. At sic di- cendum

cendum est. Cum id continentia votum obligari dependenter ab impletione voti ingressus religionis alterius; nec sit ex parte etiam vita curriculo, ut alter implat, sed tempus moderandum prudentis arbitrio attentis circumstantijs occurrentibus, dum vobis non est in mora adimplendi religionis voti, peccabit alter coniux, qui vobis castitatem, sive petat, sive reddat. Quod aperte probat ratio allata. At si elapsus eo tempore, quo arbitrio prudentis tenetur implere, ad monitus nolit religio nem ingredirese coniux, qui continentia vobis, non tenetur reddere. Quia potest vellet, ut fieret contractui inito, & seruare suum votum. Potest tamen deinceps petere, & reddere. Quoniam eximitur a propria voti obligatione, altero nolenti suum votum exequi, eod quod dependenter, & per modum contrahens vobis. Sicut quando duo contrahens sponsalia, & alter iniustè resiliat, vel est in mora, & requisitus non celebra matrimonium stans fidei praesertim, innocens est a sua promissione liber potest, sive velit, cogere alterum, ut fidem serueret. Semel autem iam consummatum matrimonio, cum votum religionis impleri nequeat, qui id emisit, potest petere, & tenere reddere. Quia id votum minime impedit usum coniugij semel iam consummati. At tenebitur ad religionem, quoties ratione diuiri, aut dissolutione matrimonii, sibi ingredi iuratur. Quia votum illud non est ex iustum, sed suspensus. Nam sicut in culpa consummando, cum semper ante te reretur ad religionem. Is vero coniux, qui solam castitatem vobis, eti cuiplibet eò summauit, poterit deinceps petere, & reddere, donec accidat casus in quo alter possit, & velit religionis votum exequi. Cum eo non implere, nec ipse teneatur. Et sicut matrimonio morte illius, qui religionem vobis, nec votum executioni mandavit, non tenebitur contineare ob eandem rationem. Accidente autem easfu, in quofas est alteri religionem ingredi: cum tunc possit vobis, votum implere, ad id tenebitur: nec poterit, qui votum castitatis emiserat, tunc reddere. Ne iterum in adimplendum mutui voti importunitati incident ambo. Quod si tunc nolit, qui vobis religionem, implere, sed sit in mora reputabatur, ut ante consummatum matrimonium dixi. Quoniam iam non est in culpa, & alter non impleret. Quare iam deinceps non teneatur suo voto. Si tamen absque culpa sua con-

summauit matrimonium, qui castitatem vobis erat: quia alter sicut in mora, & nolit implere: manet omnino liber à voto castitatis. Quoniam alter non maneat liber à voto religionis, quo Deo affrictus est: & quoniam dependenter ab obligatione alterius, per alium non stetit, sed sua culpa ipsum exemit: quare manet obligatio in ordine ad Deum. Et vroque particeps culpa manet (vt dixi) similiter ligatus voto religionis implendo, dom licuerit. Quia tunc similiter alter astringitur voto castitatis eodem tempore implendo. Et hec, quando id votum mutuum emissum est ante matrimonij consummationem. Quando vero matrimonio consummato emissum est: si qui vobis castitatem, habeat conditiores requisitas, vt alter possit ingredi religionem, iam hoc eodem num. in principio, dixi, quid sentiendum sit. Si autem ea conditiores in ipso desiderentur, & votum sit factum, vt constante matrimonio impleretur, neutrum votum obligat. Quia votum illud religionis est rei prohibita, & qui impleri nequit, & proinde nec ipsum obligabit, nec alterum castigatis, quod ab ipso dependet.

Potissima autem difficultas hic disputanda est, quando vterq; coniux communis voluntate castitatem vobis. Quidam autem neutrum posse patere, at vterq; teneri reddere. Primo, quia cum matrimonium daret, non est amissum dominum corporis, nec coniuges liberi manent à seruitute reddendi, nec ius iustitia plene renunciatum erit. Et confirmatur, quia tunc coniux pertinet, solius religionis voti reus est, cum quam verus coniux ius retineat iustitiae: quod autem coniux solum in religionem delinquit petendo, tenetur alter reddere. Ut cum coniux voto castitatis ligatus petit ab eo, qui votum non fecit, tenetur hic reddere. Secundo, quia videtur in interesse, si matrimonium maneat integrum, cum neutri coniugi exigere, aut reddere premittatur. Tertiò, quia si alter solus vobis de licentia alterius, non censemur vobis, nec dans licentiam, renunciare iuri suo (vt diximus diph. p. præced. num. 5. & 1.) ergo nec quando vterq; mutuo coensu vobis: votum enim alterius superadditum non variat naturam prioris voti. Quartò, quia coniuges sic vobis, validè remittere possunt sibi hanc renunciationem iuris, & non peccabit tunc reddens (vt dicimus num. 13.) At eod ipsò quod à se petunt debitum, vo-

Junct;

luntq; ambo copulari, censemur sibi ipsi pactum remittere. Sicut disp. præcedenti num. 7. dixi, quando alter coniux dedit alteri licentiam vobis omni modo castitatem, esse tacitā irritationem, & mox voti conscius petat debitum, saltem quoad illum adūm, ac proinde alterum non peccare tunc reddendo. Quintò quia saltē vbi coniuges non habent cōditiones vt licet alterutri religionē ingredi, altero vobis continentiam in seculo, nempe, vt manens in seculo sit sexagenarius, ac non suspectus de incontinentia, videtur id mutuū votum esse illicitum, posse, ab altero reuocari, ac subinde teneri alterum reddere. Quia id statutum est in voto solemni propter incontinentiam periculū in altero coniuge: cap. cūm sis, de coniug. cōiug. quod maius est dum vterq; votum simplex castitatis emitit in seculo. Cum cohabitare teneantur (vt dicimus num. 14.) Atq; ideo hanc sententiam tuentur Veracruz 1. par. speculi, art. 15. fine, & in appendice ad eum art. sub finem, fol. 124. Idem tenet alij viri docti, vt referunt dientes non esse improbabile Emmanuel Sa, & Petrus de Ledesma sequenti allegandi. Et Palud. 4. d. 32. q. 2. art. 2. num. 20. censem alterum reuocante teneri alterum reddere, nisi vterq; dum vobis, effet senex, ac non suspectus de incontinentia. Dicitur argumento quinto proposito. Imd. Palacios 4. d. 22. diph. 2. fol. 71. vers. huc commemorasse, ait generaliter alterum coniugem non teneri reddere, quamdiu alter non reuocat, secus altero reuocante.

Sed dicendum est neutrum sub culpa mortali posse petere, aut reddere. Primo, quia tunc vterq; cedit iure suo, & liber alterum à seruitute, ac proinde neutra ratione matrimonij tenetur reddere: & rursum voto castitatis obligatur cotinere, quā docunq; sibi per matrimonium licuerit. Secundo, probatur ex D. Augustino epistola 199. ad Ecditiam, & refut. c. quod Deo 33. q. 5. ibi. Quod Deo pari cōfessu vobis, per seuerantur vsque in finem reddere debuisse, à quo proposito si ille lapsus est, talitem instantissime per seuerat. Atq; ita sustinent ex iurisperitis, Innoc. cap. 1. fine, & cap. dudum, num. 4. de coniug. coniug. Ioan. Andr. go cap. 1. nu. 2. vbi Cardin. q. 3. Anton. eo cap. dudum num. 18. A bbas. d. cap. 1. nu. 6. & cap. charissimus, eodem tit. num. 6. Anch. d. cap. dudum num. 12. & cap. vnicō num. 3. de voto. ia 7. Henricus

cap. tua nos num. 4. de iure iur. Ioannes de Friburgo sum. confessorū lib. 1. tit. 8. q. 46. Turret. d. cap. quod Deo num. 2. Sylo. volum. 5. q. 2. fine. Tabiena matrimonium 1. q. 3. s. 4. Nauar. summa cap. 12. num. 19. & cap. 16. Latin. num. 31. Hispan. num. 32. Brunellus de sponsalibus, concl. 30. nu. 14. Vgolinas de matrim. cap. 10. num. 2. fine. Stunica de voto. q. 3. nu. 64. Antonius Gomez super bullam Cruciatam, clausula 10. nu. 66. Et ex Theologis, Albert. Magnus 4. d. 32. art. 7. Abulensis cap. 30. Nume. q. 86. fine. Ioannes de Neapol. quodlib. 8. D. Anton. 3. p. tit. 1. cap. 2. 2. 4. Supplémentum Gabrieles 4. d. 32. q. vnicā, art. 2. cōcl. 7. vers. quid si vterq; Sotus 4. d. 27. q. 1. art. 4. vers. id autem. Lebedina 2. p. 4. q. 55. art. 1. fine. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 15. num. 8. Aragon. 2. 2. q. 88. art. 8. dubio vlti mo. Philiareus de officio Sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 3. cap. 4. 5. excipitur in conclusione. Emmanuel Sa summa verb. debitus coniugale. q. potest qui non vobis. Ludouicus Lopez 1. p. instruet. cap. 46. 9. vtrum quando & cap. 83. initio. Manuel I. tomo summa 2. editione cap. 24. 3. nu. 14. & tomo 2. cap. 90. num. 6. Petrus de Ledesma de matrim. q. 53. art. 1. dubio 2. quod mouet post 2. dubium principale. Vega 2. tomo summa cap. 12. 9. casu 68. Azor lib. 11. institutionum moralium cap. 2. 1. q. 5.

Quoniam autem alter ex his coniugibus post mutuum illud castitatis votum formicetur, minime eximitur alter à voti proprii obligatione. Quia obligatio vobis ab alterius obligacione pedit, non autem ab obseruantia voti alterius (vt declarauimus si muli respondentes obiectioni aduersus hoc au. 7. fine.) Sic Abbas cap. charissimus nu. 7. de coniug. coniug. D. Ant. Sylo. Brunellus, Enriquez nu. præcedenti allegati. Nauar. sum. cap. 12. num. 5.

Dificultas tamen est, an esto altero fornicante, non eximatur alter à voto, nec fas sit petere coniugis restituionem, possit iudex Ecclesiasticus ex officio cōpellere eos ad cohabitantum; quod incontinentia conculat? In varia quidem sententias Doctores diuisi sunt. Quidam enim affirmant ex iudicis officio compellendos esse: per c. ex literis, de diuortijs. Si Glossa. c. nosse, fine. 30. q. 1. & c. quod Deo. verb. per seuerat. 33. q. 5. Hostiensis cap. tua, el. 2. num. 2. super verb. commorari, de iure iur. vbi Ioan. Andr. fine. Ancharr. num. 4. Bellieme. n. 4. Sed hanc sententiam meritò reprobat Ab-

bas. cap. charissimus. nu. 7. de conuers. coning. & Alexan. de Neu. d. c. ex literis. n. 7. & ibi Præposi. nu. 5. Gregor. Lopez. l. 8. ad finem. t. p. 4. quia c. ex literis, loquitur vbi absque voto matrimonium ob alterius adulterium separatum fuit, tunc enim si innocens in adulterio labatur, compensatione hincinde facta, ad pristinum statum matrimonium restitutur. Secus vbi obligatio est Deo per votum acquisita. Et disparitatis ratio est: quia in priori casu separatio fuit in favorem innocentis, quo nocente effecto cessat favor, atq; delicta compensantur. In posteriori autem, fuit in cultum Dei, cui castitas dicata est, a proinde nulla est compensatio. Alij vero dicunt veroq; fornicante cōpulsionem ad cohabendum faciendam a iudice esse. Quod videatur innuere D. August. Epistola 199. ad Ecditiam, & refert cap. quo Dcō 33. q. 5. ibi. A quo proposito si ille lapsus est, tu saltem infans in peccata. Ergo secus videtur dicendum veroq; lapsus. Et clarus id probari videtur ex cap. tua. el. 2. de iureuit. in fine, ibi. & adulterium vtrumq; sit commissum. Sic Imola ibi num. 2. vers. in glossa secunda. Sed nec hoc placet. Quia c. quod Deo solū narratur statum lapsus alterius, ne vi efficiunt in lapsu solo alterius: sed quia lapsus minime liberat à voti obligatione. Et d. cap. tua, ponderatus viri; adulterium admīlum esse, ne coniuges sibi adulterium obiciere possint, sed mutuo compensetur. Vt bene aduerterit Ibi Innocē. nu. vnico. Compelluntur autem illi coniuges cohabitare, quia non amore continentur, sed temerarij iurarunt separationem. (vt nu. 17. ostendemus.) Ideo alij sentiunt cōgēdos esse ad cohabendum, huc vterq; siue alter lapsus sit, quando est suspicio perseverantia in peccato: secus eo pericilio, & suspicio cessante. Sic Abbas. d. c. tua. nu. 6. Sed melius Alexan. de Neu eo. c. tua. n. 9. & 10. ab his omnibus recedens, sentit minimē posse hos cogi ad cohabitādū, sed alij medijs, aut procurata voti dispensatione, illi incontinentia pericilio subueniendum esse. Quoniam diū absurdū est, peccatum à voti obligatione eximere.

Dubitabis autem, num gravius delictū sit, post illud mutuum castitatis votum, cōinges copulari, quam si alter ad solutā fecminam, solutumve virum accedit? Id enim affirmant Glosa. c. ministri. verb. propriæ. 81. d. & ibi Hugo, & Laurentius. Archid. c. 2. n. 1. vers. quem patitur, de filijs presb. in

6. Ioan. Andr. c. literas. n. 9. & ibi Henricus fine, de filijs presb. Quia accedendo tunc ad proprium coniugem, est sacrilegium dupli ex parte, ob mutuum votum. At Cardin. eo. c. literas. n. 1. oppositione 1. maius peccatum agnoscat in accessu ad solutam, solutumve. Sed dicendum est, prius delictum esse quodammodo gravius. Quia vtrinq; est sacrilegium, quodammodo etiam Iesus, licet vterq; coniux profensus sit. Quia est accessus inter veros coniuges, & ita non officium fornicationis habe, nec adulterij, sed solius sacrilegij. At simpliciter hoc delictū esse Iesus. Quia ex parte coniugis peccantis, iam est sacrilegium, accessus ad solutam, solutumve: & insuper est adulterium, quod præponderat sacrilegio quod in priori delicto reperitur ex parte alterius coniugis. Atq; idē ex simili in confessione detegendum esse, fuisse accessum ad propriū coniugem, contra mutuum votum, mutuam professionem. Quod exprimitur circumstantia aggrauans sacrilegij dupli ex parte admisi: & minēs, excusans a fornicatione, & adulterio.

Quanuis autem tali voto castitatis mutuo consenserit emissio, abfoluantur cōiuges à debiti cōiugalib; vnu, minime tamen à tua habitatione, alijve obsequijs absoluuntur. Quia illi non pendent à debiti obligatione. Sic Anton. & Cardin. quos statim referam. Turrec. c. quod Dcō 33. q. 5. n. 2. quod etiam aduerterimus hoc. 9. lib. disp. 4. fine. At ex simili non teneri in eodem modo accubare. Tum propter magnum incontinentia periculum. Tum etiam, quia ea cohabitatio ad solum debitum coniugale per solendum desideratur. Quia obligatio hic cessat. Imō & lectū separare tenentur, vbi probable esset incontinentia, periculum. Ex his deducitur neutri coniugi licere in eo eventu ad religionem transtire, altero inuito, siue manens in seculo esset sexagenarius, ac non suspectus de incontinentia. Quia iura toto tit. de conuer. coniug. ultra hoc, coniugis licentiam postulat: & ne debitis alij obsequijs se coniuges defraudent. Sic Innocē. c. dudum. n. 4. de coniug. vbi Ioan. Andr. n. 7. fi. & c. 1. n. 2. eod. tit. vbi Ant. n. 6. & d. c. dudum. n. 18. Card. d. c. 1. q. 3. & d. c. dudum. q. 1. fin. & ibi Anchār. n. 12. & c. vnioco. n. 3. de voto, in 6. Astenis sum. 2. p. lib. 8. tit. 10. ar. 2. q. 8. Ioan. de Friburgo sum. confess. lib. 1. tit. 8. q. 46. fin. Sotus 4. d. 27. q. 1. art. 4. ad fin. vers. quod si contra arguas.

Quod

Quod si post mucum illud castitatis simplex votum, remittant sibi coniuges renunciationem illam iuri, petendi, ac redendi, quā vouendo fecerant, iterum sibi conferentes exigendi potestatem, sacrilegi effractores voti erunt: at tenebit remissio, & iam deinceps vterq; tenebit alteri reddere, & tanquam ad primitam seruitutem redactus: petere tamen non poterit obstante voto. Ratio est. Quia votum simplex castitatis non aufer corporis dominium, nec impedit valorem translationis in alium. Ut constat, cum valide aduersus tale votum, matrimonium ineatur. Quod si opponas, hoc videri irritationem, & neuter potest irritare id votum. Dic non esse proprię irritationem, & per se, sed quasi per accidentem, & indirectam. Quia non obstante voto habet vterq; proprij corporis dominium, ad illud quanvis sacrilegio trasferatur. Vtrum autem possint id votum irritare, vbi semel sibi renunciationem emiserunt, atq; irritationem facta possint petere, & reddere? dī cap. 4. num. 22. Qualiter autem non sit renunciationis remissio, vbi coniuges illi pertinet à debito, volunt; copulari? Explicabo nu. 24. in solutione ad 4.

Sed vtrum licitum sit tale votū simplex castitatis mutuo consenserit emissum? Quidam negant. Dicuntur argumentū quod num. 9. proposuit. Sic Palud. 4. d. 12. q. 1. art. 2. num. 20. limans, nisi vterq; coniux sexagenarius sit, ac incontinentia minime suscipiet. Supplementum Gabrieles ibi. q. vnioco. art. 2. vers. quid si vterq; post 7. conclusionem. Er quidam Antiquiores, testis Glosa cap. ria. el. 2. verb. commorari, de iureuit. Potestq; probari ex cap. si vir, & vxor 27. q. 2. quod est Eugenii 2. in Synodo Romana cap. 36. ibi. si vir & vxor diuenter pro saepta religiosa inter se consenserint rite, nullatenus sine episcopi conscientia fiat. Et ex cap. tua. el. 2. de iureuit. & cap. vemens, de regulari, vbi diuenter mutuum separandi matrimonium, factum à coniugibus, appellatur temerarium, & minime seruandum.

Vtrum id votum esse licitum, aperte testatur D. Aug. epistola 199. ad Ecditiam, & refert cap. quo Dcō 33. q. 5. ibi. Tanto sanctorū inter vos coniuges manebant, quanto sanctiora, ac concorditer placa seruabantur. Idē D. Gregor. lib. 9. epistola 3. 9. ad Theofitam, & habetur cap. fuit qui dicant 27. q. 2. ibi. si vro vtrisq; conueniat continentem vitam ducere, hoc quis audeat accusare? Et ra-

gio est aperta. Nam nulli eo voto irrogatur iniuria: coniuges enim cedunt iure suo. Et quanvis iure canonico non sufficit hoc, vñalter possit ad ordines sacros trahire, ad religionē, vbi minus est mutua copula periculum. At sufficit ad mutuum simplex castitatis votum. Disparitatis autem rationem aſignat, Hoft. Anton. & Imola, quos num. 12. retuli. Quia si alter, vel vterq; fornicator, nullum supereſt remedium, vñalterius, vel vtriusq; coniugis votum est solemnē. At vbi est simplex, consulet illi pericula Ecclesia, cogens eos ad cohabendum. Sed hoc reprobat eo. num. 12. Ideo melius dū cum Soto 4. d. 27. q. 1. art. 4. ad fin. vñfi, quod si contra arguas, rationem disparitatis esse. Quia vbi votum est simplex, periclitante continentia potest facilē remedium adhiberi, obtinendo dispensationem. Secus ibi votum est solemnē. Et ex hoc solvitur s. illud argumentū propostum num. 9. Nec obstant. cap. si vir, & vxor, nec cap. vnioco, & cap. tua, que pro contraria sententia retuli nu. precedenti: quia ad cap. si vir, respōdet Ibi Glossa verb. conscientia, illam licentia esse de consilio: vel textum loqui, vbi coniuges monasterium construeri volunt, ad quod transeat. Ad cap. autem, tua, respondentib; Innocē. num. vnioco. Iohannes Andr. 2. Anton. num. 2. Abbas num. 3. Alexander de Neu num. 2. Imola initio, Bellameria initio, eos coniuges non amore continentia seruandā exerceant, sed ex causa iniusta, & passione. At q; codem modo respōdet Glosa ad d. cap. vnioco, verb. illūcūm & dicit codem p. o. intelligi. d. cap. tua. Et idē huīus sententia fuit Glosa cap. vnioco, verb. illūcūm, & eo. c. tua verb. commorari, de iureuit. Potestq; probari ex cap. si vir, & vxor 27. q. 2. quod est Eugenii 2. in Synodo Romana cap. 36. ibi. si vir & vxor diuenter pro saepta religiosa inter se consenserint rite, nullatenus sine episcopi conscientia fiat. Et ex cap. tua. el. 2. de iureuit. & cap. vemens, de regulari, vbi diuenter mutuum separandi matrimonium, factum à coniugibus, appellatur temerarium, & minime seruandum.

Mmm conti-

continentiam non timent, posse eos id votum emittere.

¹⁸ Hactenus de mutui voti obligatione differtum est. Iam de obligatione mutui pati absq; voto, di putandum occurrit. Dubitatur ergo, an mutuum pactum abstinendi omnino ab actu coniugali, obliget? Hugo Cardinalis 1.ad Corint. 7, in expositione morali, explicans illud, *Nisi forte de consensu ad tempus, ait, pactum non petendi validum esse, secus de pacto non reddendi, tale enim pactum culpa non caret, nec servandum est.*

¹⁹ Sed dicendum est, pactum non petendi, nec reddendi, mutuo coniugum assensu initum, validum esse, posse tamen vtrunque coniugem licet id pactum remittere, & ita petere, & reddere: quare non peccabunt dum voluntate mutua coniunguntur. Probatur id pactu valere. Quia nulli irrogatur iniuria, & sicut possunt coniuges mutuo voto ad id ligare: cur non poterunt mutuo pacto? Probatur mutuo assensu posse ab eo pacto recentes, iterum committenti. Quia omnis res per qualcumque causas nascitur, per eisdem dissoluitur. cap. 1. de regul. iuris. Cum ergo mutuo consensu id conuentum sit, nec Deus sit obligata ea continentia (vt in voto contingit,) poterit mutua voluntate id pactum dissolvi. Ita Nauarr. summa: cap. 12. num. 59. fine. Enriques lib. 11. de matrimon. c. 15. num. 8. Ludouicus Lopez. 1. p. infrastruct. cap. 8. 4. paulo post initium. &c. c. 46. §. quodam vterque. Manuel. 1. tomo summ. 2. editione. c. 243. num. 14. & licet Nauarr. loquatur, quando pactum est ad tempus. At bene ait Enriquez, idem est, vbi pactum est perpetuum. Quia eadem est ratio. Quando vero censeatur pactum remissum petens coniugis debitum dicam. nu. 22.

²⁰ Quid si iuramento praeditum pactum firmatum sit? Si distinguendum est. Si iuramentum sit solam factum in vtriusque coniugis fauore, vt vterque liber maneret ab obligatione debiti coniugalis perfidiandi, possunt ambo mutuo consensu illud remittere: secus si in iure pietatis, vi continentiam ad Deum obseruantur. Quoniam in priori casu potest, vterque fauori suo renunciare: in posteriori autem, est perinde ac votum communis placo emissum. De cuius obligatione diximus. n. 10. & seqq. Vbi autem dubia esset intentione, nequirit proprio consensu ab eo patio recedere. Quia in dubio intentionis,

natura materie pietatem concorrentis petit, vt presumatur iure pietatis id effictum esse: est enim in possessione. Ita docent in similibus terminis, Sotus lib. 8. de iust. quæst. 1. art. 9. ad 2. Et Graffis. 2. p. de cisionum, lib. 2. c. 10. num. 25. vbi tradunt, dum rem pertinentem ad pietatem & religionem, quis alteri iure iurando promittit, videndum esse num iure pietatis religionis fecerit, iure altero ad id inducente, & tunc alterum non posse remittere: secus si non iure pietatis religionis, sed gratia alteri complacendi: & in dubio præsumi priorem intentionem, propter materie naturam. Sed instabis, quid, si post praeditum pactum absque iuramento, vel cum illo, non iure pietatis facto, sed gratia alteri complacendi, alter, aut vterq; coniux non mutuo consensu iuret, aut voleat Deo castitate: aut ante praeditum pactum, simili voto, vel iuramento obligatus erat: Deo? Dicendum sic existimo. Si post pactum sit votum emissum, non potest licet remittere, quanvis si remittat, temebit factum. Quia cum iam castitas omnimoda, abstinentia à pietate, & redditio non sit licita, votum illud absolutum castitatis non apposita contraria intentione, intelligitur de plena, ac perfecta: ac proinde non poterit licet coniux remittere illud pactum, qua remissione facta cogetur lege matrimonij reddere. Sic coniux innocens voto castitatis ante matrimonium ligatus, non potest remittere iniuriam coniugi adulterio, ne cogatur contra votum ad debitum reddendum, si remittat, sacrilegus erit, tenebit raman factum. (vt probauit disp. 6. nu. 14.) Si autem votum emissum sit ante illud pactum, videndum est num obliget ad non reddendum, quando per matrimonium licuerit. Ut est votum castitatis ante matrimonium emissum: vel post matrimonium, factum de licentia alterius coniugis cum plena facultate vouchendi totalem continentiam. Est tunc idem dicendum est: propter eandem rationem. Si vero votum illud tantum obligabat ad non petendum, quale est post matrimonium factum illud, quo consummatum, absque praedita plena facultate, vel ante consummatum, non tamen animo ingrediendi religionem: vt dixi disputatione precedenti. nu. 6. & disput. 5. num. 23. & 28.) tunc poterit coniux remittere illud pactum. Quia votum illud non obligat ad non reddendum, etiam quando per matrimonium licuerit: & pro-

inde

inde non obstat, vt pacto non reddendi renunciet, manente voti prioris obligatione ad non petendum.

²¹ Si vero alter coniux nolit remittere pactum, sed illi stare, non tenerur reddere debitum, nec alter potest eum cogere. Quia per pactum iure acquisitus, vt liber sit ab ea obligatione: & ita videntur significare. Doctores. num. 19. citati, dum dicunt posse mutuo consensu vti coniugio. Inveniuntur enim pacti remissioni. Et tenet expressè Abulensis. cap. 29. Genes. quæst. 3. litera C. vbi dicit à principio conventionis verum esse initum matrimonium inter Jacob, & Rachel, peccaturum tamē mortaliter si ad eam accederet septennio nondum transacto. Quia pacto ad id se obligauerat. Nec ipsam aut teneri tunc ad reddendum.

Exciendopus est vnicus casus, in quo tenetur reddere: nimis, si videat alterum penitente pacti initi, adeo que ad venerem propinquum esse, vt negato sibi debito, probabiliter fore existimat, vt in incontinabili labitur. Sic Nauarr. summa cap. 12. num. 59. & quanvis dicat tunc debere: quod potest intelligi de debito decenzi, vel præcepti: at intelligi de præcepti debito, quia referit pro se Hugo non dicentem teneri. Hæc tamen obligatio non est ex iustitia lege, sed ex charitate, ad subveniendum periculo ruinae coniugis. Nec credo ex eo quod semel, vel iterum coniugis copulentur, cenari eos sibi ipsis pactum absolute remittere, sed pro illa vice. Secus quando continuo accubant in eodem lecto se commiscentes. Tunc enim aperturn est remissio signum.

²² Ex dictis deducitur posse vtrunque coniugem petere per modum amicitie, non tamen exigere. Constat prior pars, quia coniux à quo debito petitur, potest pactum remittere, & reddere, ac subinde potest ab ipso peti per amicitie modum, vt id efficiat. Constat etiam posterior. Quia alter non tenetur reddere (vt dixi num. 21.) ergo non potest ab ipso exigi, quod coadiuvio importat. Credo tamen in casu exposto num. præcedenti, posse exigi: quia alter coniux ad id tunc tenetur.

²³ Ad argumenta num. 9. proposita responderunt. Ad primum die simpliciter nullum

coniugem liberum à seruitute effici, nec ius renunciari, sed tantum fecundum quid, & ita si copulentur, non erit adulterium, nec fornicatio, sed sacrilegium, & si alteri copulentur, erunt adulterii coniuges illi. Et tamen renunciatio satis est, vt neutrificat petere, aut reddere. Ad confirmationem dic, si petat per modum amicitie, solum sacrilegij reum illum esse, secus si exigit cogens: quia aduersatur pacto à se initio. At nec in priori casu potest alter reddere. Quoniam coniux petens licet ratione matrimonij retineat ius radicale iustitiae, at quadam vsum illi renunciavit per pactum, nec potest alter pactum remittere. Quia ratione proprii voti astringitur ad non reddendum, quoties licet potest non reddere. Ad secundum die nullum interesse. Quoniam ratione matrimonij perduntur, non erunt rei fornicationis, si copulentur: & erunt adulteri, si alium concubitus procurent: nec possunt validè aliud inire matrimonium. Ad tertium neganda est consequentia. Quia quando vterque coniux mutuo consensu vult continentiam, tunc vult vterque, & potest omnino se obligare ad simpliciter continentium, abstinentendo à petitione, & redditione: & cum ad hoc desideretur mutua renunciatio, includitur virtute in tali voluntate. At vero quando unus solus vult de licentia alterius, tunc qui vult, non intendit se obligare ad simpliciter continentium: cum teneat se ad non reddendum astringeretur: & qui concepsit facultatem, intendit se obligare ad non petendum. Atque ideo in tali actu non includitur virtute renunciatio iuris. Ad quartum neganda est minor. Quia multo gravior peccatum est, remittere in posterum illud pactum, quam semel illicite copulari. Sicut gravius scalus est voto castitatis astriculum inire matrimonium, quam semel initio matrimonio petere debatum. Quod si velis esse remissionem pati pro illa vice: sicut probat simile in argumento adductum id fatebor, verum remittere pactum pro illa vice, idem peccatum est contra votum, ac petere debitum absque remissione. Ad quintum constat ex dictis numero 17. vbi disparitatem posui.

DISP. TRIGESIMA OCTAVA.

Verum proles habita à coniugatis, qui sacrilegè contra mutuum Castitatis votum, aut mutuum, alteriusve professionem, aut ordinem sacram alterius, commiscentur, sit legitima?

SUMMARIUM.

Reservatur duplex sententia, num. 1. & 2. Proles habita ex coniugib[us] simplices castitatis votu[m] legato mutuo conseruata, non est illegitima, nec irregularis, num. 3.

Quid, de prole habita à coniugatis, quorum alter ante consummationem matrimonii ordines sacros suscepit, aut alter, vel vterque professus fuit, num. 4.

Quid, si consummatum matrimonio alter ordines suscipiat altero ignorante, aut sciente, & contradicente, num. 5. & ibi, quid, si profecetur?

Quid, si altero sciente, & consentiente, aut nō contradicente, num. 6.

Quid, si consummatum matrimonio alter legitimè profecitur, aut alter ordines sacros suscipiat, nec proles postea habita, sit illegitima, aut irregularis? & endocatur cap. litera, de filiis presb[iteri]is, num. 7.

Soluntur argumenta, num. 8.

In Hac questione quidam vniuersaliter tradunt prolem esse illegitimam, quando parentes commiscentur aduersus mutuum castitatis votum. Duncuntur, quia nō est amplius illud matrimonium, quod actus coagulati vsum ac proinde reputari idem, ac si a solutis proles concepera esset. Secundo, quia culpa parentum reddit quandoq[ue] prolem illegitimam, ut constat ex c. finis, si quis vero, ut elandet, despont, vbi possent ex parentibus ignorantibus impedimentum, si clam contraxerunt, confutetur illegitima, ob parentum culpam clam ineuntia matrimonium, qua culpa seclusa, esset legitima, ratione bonae fidei, cap. ex tenore, qui filii sunt legitimi. Pro hac sententia referunt In noc. cap. dudum, num. 4. de conuers. coniug. Sed Innocentius non est huius sententia; Quia illud mutuum votum qualitercumque emissum à coniugatis dicit esse sollempnem, clara significat idem se intelligere, quod votum mutuum est perpetuum, id est simplex: et vel maximè, quod ratio cui iniuritur, nemnè, illicitum omnino, & in perpetuum esse matrimonij vsum, & quod procedit in hoc casu. Idem tenet loquentes generaliter de illo voto mutuo, dicen-

tes;

Disputatio Trigesima Octava.

1277

tesq[ue] prolem esse spuriam, Stunica, de vot. q. 3. num. 63. Manuel 2. tomo summa cap. 90. num. 6. Vega 2. tomo summa cap. 129. cafu 69. Et hi duo subdunt prolem illam esse spuriā etiam quoad successionem in parentum hæreditate.

Alij autem non ita vniuersaliter loquuntur, sed dicunt prolem esse illegitimam, quando habita est à coniugatis, viro iam ad sacros rodines promoto. Duncuntur, quia Lucius Pontifex capit. ministri, d. 81. dicit hunc inaudire cubile vxoristac prouide videtur esse idem, ac si esset concubitus inter solutos. Secundo, per cap. literas de filiis presb[iteri]is. ibi. Intelleximus quid Henricus in Sacerdotio genitus, de uxore legitime natu, & conceptus, affectauit à pueritia ministrare domino in officio clericali, verum licet a filiis paterna incontinentia modis omnibus propellenda noscatur, si tamen alicer dignus inuenitus fuerit, permittimus ipsam ordinari in clericum, & ad ecclesiasticū beneficium promoueri. Si ergo absq[ue] dispensatione promoueri ad ordines nequit ea proles, illegitima erit. Ideo hāc sententia sustinet Gloria capit. ministri 81. d. verb. proprie: & ibi Hugo, & Laurentius. Archid. ibi, fine, & cap. 2. nu. 1. vers. quem patitur, de filiis presb[iteri]is & Dominicus nu. 8. Gofredus summatur de filiis presb[iteri]is, num. 7. Hostiensis, eodem tit. q. filii num. 5. Albericus in suo diionario, litera I. verb. illegitimè nati, versic. quid si aliquis clericus. Anchā. c. literas, notabili 1. de filiis presb[iteri]is & ibi Henricus, in fine. Alexander de Nevo cap. tua, el. 2. num. 9. de iureiu. D. Ant. 3. p. tit. 28. cap. 4. 9. 2. ad fin. Rosalia verb. illegitimus num. 10. vbi Sylu. q. 4. Armilla fine. Enriquez lib. ii. de matrim. cap. 20. num. 1. fine. Etaios num. præcedenti retillo, quis dixi loqui in hoc casu: & alios idem sentientes, quando votum vtriusq[ue] est sollempne. Atq[ue] cum vterq[ue] coniux est iam professus, prolem esse spuriam, docent etiam Rebuffus praxis beneficiorum tit. de dispensatione super defectu nataliū num. 40. Bertachinus in suo repertorio, litera F. verb. filius bastardus vers. filii ex marito. Temperant tamen Archid. d. cap. ministri, fine. Hostiensis, Albericus, Henricus D. Anton. Rosella, Sylu. Armilla, Enriquez, quando vir vxore sciente, & consentiente, aut nō cōtradicente, est promotus ad ordines: seus quando vxore ignota, aut sciente, contradicenteq[ue], promotus est: tunc enim proles erit legitima.

Mmm 3 Cuius

Prima tamen conclusio sit. Proles habita ex parētibus votō simplici castitatis mutuo consensu astrīgis, nullo modo est illegitima. Probatur ex 1. filium 6. ff. de ijs qui sunt sui, vel alieni iuris: & l. 1. tit. 13. par. 4. vbi deciditur filios legitimos esse, qui cōcipiuntur à parentibus vero matrimonio iunctissat talis est hæc proles. Et confirmatur, quia prolem esse illegitimam est pena le, & odio sum: atq[ue] ita nisi expressum sit in iure, minimè id statuendum est. Ed vel maxime, quod culpa parentum minimè liberis officiat præter casus in iure expressos . c. ne filius pro patre, per totum. Nec cap. literas, de filiis presb[iteri]is statuit (vt num. 7. declarabimus.) & esto id statuet, loquitur postquam pater est ad sacros ordines promotus, in quo casu longè maius est delictum paternæ incontinentiæ, quod hac pena plectitur: atq[ue] ideo trahi non potest ea decisio ad hunc casum. Secundū, quia tanta est vis matrimonij vt prolem naturalem antea susceptam, efficiat legitimam. c. tanta, qui filii sunt legit. & etiam vtriusq[ue] parente delinquenti clam contrahendo, si impeditum dirimens non sit proles, sit legitima. Cum ergo in hoc casu verum subsistat matrimonium, talis erit soboles. Tertiū, quia maior defectus est, vbi verum deficit matrimonium, & adeo culpa alterius parentis conseciūt impeditum, quām vbi vera subsistente matrimonio delinquitur in vnu. Quoniam duo impedimenta concordantia in priori eventu, sunt fortiora uno, quod inuenitur in posteriori. Ed vel maxime quod in priori desideratur verum matrimonium, quod radix, ac fundamentum est legitimatio[nis]. Sed in priori eventu filii sunt legitimi: ergo à fortiori in posteriore. Et confirmatur, quia fortior esse debet causa tendens ad fauorem proli innocentis, ob solam parentum culpam punire, quām tendens ad odium, & penam ipsius. Odia enim restringi, & fauores couuenit ampliari. vt habeat regula, odia, de reguli iuris, in 6. Quartū, quia plus operari debet causa naturalis, & radix essentia lis legitimatio[nis], qualis est verum matrimonium, quām culpa parentum accidentia liter superuenies. I. qui habent, in principio, sc. de tutel. Atq[ue] ita tenet Cardinalis cap. dudum, in oppositione post. q. 3. in fine, de conuers. coniug. Alex. de Nevo cap. tua, el. 2. num. 9. de iureiu. Mayronis 4. d. 35. q. vnicā, in fine. Maior 1. 4. d. 32. q. 2. argumento 1. contra 2. conclusionem, fine.

Cuius sententia sunt etiam Doctores, quos non. 7. referam, dicentes non esse prolem illegitimatam, quando pater ad ordines est iam promotus. Et quanvis ibi dicemus prolem in eo euentu esse irregularem. At in hoc casu non est irregulare. Quia cap. literas de filiis presb. in grauiori delicto id statuit: ut dicebam in confirmatione ad 1. rationem pro hac sententia. Hinc fit ministris bene dixisse aliquos num. 1. allegatos hanc prolem esse legitimam. Peiusq; errant, quos ibi retulsi, dicentes esse spuriam. Quoniam (ve probavi lib. 1. disputat. 1. numer. 8.) filii habiti ex parentibus omnino solitus, voto simplici castitatis astridis, non sunt spuri, sed naturales. Quia parentes valide posunt, quanvis sacrilegè, iniure matronum. Nedum vbi verum adfuit matrimonium.

4. Secunda conclusio. Si ante matrimonij consummationem vterq; coniux, aut alter transeat ad religionem, & professionem facta filium concipiatur ex priori coniuge, sibi est spuria. Constat, quia iam omaind prius matrimonium est solitum, nec post validum inter parentes consistere matrimonium, impediti professione vtriusque, vel alterius. Sic Maiolus de irregularitate, lib. 1. cap. 4. num. 4. Et conclusio est certa apud omnes. Non est autem idem dicendum, ut vir tunc ad ordines sacros promouatur. Quoniam cum non dissolutor matrimonium: extra, antiquè, Ioannis XXII. de voto; idem iudicandum est, siue ad consummatum, siue post, id accidat. Ut benè aduerterit Maiolus eo cap. 4. numer. 8.

Tertia conclusio. Si post consummatum matrimonium, alter coniux altero ignaro, aut sciente, contradicenteq; profiteatur, & mox copulam habeat cum suo coniuge: proles omnino, & quoad omnes effectus est legitima. Quia professio fuit inutilia cap. quidam, & cap. placet, de coniugis, coniug. arg. ita proli non praedicatur. Sic Maiolus lib. de irreg. cap. 4. num. 5. Idemq; dicendum est, si vir constante matrimonio, siue rato tantum, siue etiam consummato, ad ordines sacros ignorantem vxorem, aut contradicente, ascenderat. Quia licet ordines validè suscepit sint, at quia illegitima contra iuris dispositionem, non possunt matrimonio, & sibi officiere. Atq; in hoc conueniente nobiscum aliqui Doctores ex num. 2. relatis: ut ibi aduerterit. Idemq; sentit Maiolus eo cap. 4. num. 9.

vbi iuncto num. 7. rete dicit hoc procedere, siue professus coniux, aut sacris iniciatus, debitum reddat: quod sibi licitum est. Siue petat: quod facilerum est. Propter rationem traditam. Quare audiendi non sunt aliqui, qui teste. D. Antonino n. 2. allegato, dixerunt sibi obtem esse illegitimatam, conceptam ex coniuge sic professo, aut sacris initiato.

Mouerim aliquos Doctores, quos retulsi, id aduerterent num. 2. assertere prolem esse illegitimatam, si cōcipiatur ex coniuge iam professo, aut ad sacros ordines promoto, altero cōiuge sciente, & consentienti, aut non contradicente, sed tacenti. At melius Maiolus d. cap. 4. num. 6. 7. & 9. censes in hoc casu prolem omnino esse legitimam: sicut num. præcedenti diximus, quando id accidit altero ignaro, aut contradicente. Quia ut legitime id fiat, non satis est illi confessus absq; Episcopi decreto, qui cōniuere minimè debet, nisi seruatis, que ius praescribit.

Vtlima conclusio. Probabilis esse existimo, contra sententiam nu. 2. relata, problem suscepit post legitimam promotionem coniugis ad ordines, ex altero coniuge, verè esse legitimam. Hanc conclusio non probant omnes rationes adducte numer. 3. Nec c. literas, de filiis presb. dicitur problem hanc esse illegitimatam, sed ex permissione posse ad ordines promoueri. ut confitit ex eius verbis, que num. 2. retulsi. At stat esse irregularē, & non illegitimatam quoad successionem, & hæreditatem, & alias dignitates, quod statim magis explicabo. Huius sententia videtur Goffredus num. 2. relatus, vbi non dixit absolutè hanc problem esse illegitimatam, sed quoad ordinis, & dignitates, nempe ecclesiasticas, & beneficia. Et tenet expressè Rainerius summa, ut filiis presbit. 5. sed pone. Anton. d. cap. literas num. 7. ibi Abbas num. 4. fine. Cardin. q. 1. fine. Astenis summa 2. p. lib. 6. tit. 22. art. 3. q. 5. Bellemeta d. cap. literas nu. 3. tota q. 3. Maiolus de irreg. lib. 1. cap. 4. num. 9. Atq; idem dicit, & bene numer. 7. de prole suscepit ex coniugibus, qui professionem fecerunt matrimonio iam consummato. Quia eadem est ratio: cum matrimonij vinculum perseverat. At secundum est problem suscepit ex viro sic ad ordines promoto, esse irregularem. Quod probat d. cap. literas, & dicens ibi Glossa verb. legitima. Hostiens. ad finem, super verb. permittimus. Ioannes Andr. num. 6.

Abbas num. 7. Anton. num. 2. Cardin. q. 1. fine. Rainierius, Astenis proximè citati. Maiolus d. cap. 4. nom. 9. Atq; idem rete dicit numer. 7. de prole habita ex parentibus post matrimonium consummatū professis. Quanvis enim textus non loquatur de illa, ut ratio in illo expressa paterna incontinentia, fortius militat, ut hoc casu. Hinc deducitur intellectus ad d. cap. literas: cùm enim decidas sibi obtem esse illegitimatam ad modum illegitimatam prolis, ob paternam incontinentiam, dicitur quod ammodo illegitima, nempe, quoad ordinis, & beneficia, ut verè legitima est quoad successionem, & alios honores. Ita explicant Rainierius, & Cardin. proximè citati. Ad argumenta num. 1. proposita respō-

detur. Ad primum die, non esse matrimonium quoad licitum omnino vnum, ut esse ad hunc effectum, ut ea copula non sit fornicaria, qualis est inter solitos: & id sufficit ne proles sit illegitima. Ad secundum, die longe diuersam esse rationem. Quia ibi desideratur veritas matrimonij, qua fundamentum est legitimacionis, nec conferit ignorantia impedimenti. Quia non est adhibita diligentia, premittendo publicas denunciations. At in nostro casu est verum matrimonium. Ad argumenta propria num. 2. dic. Ad 1. dici inutilem eu-obilis vxoris, quia sacrilegè contra votum accedit ad illam: non autem quod sit concubitus fornicarius, ut inter solitos. Ad secundum, constat ex dictis num. præcedenti, vbi explicui illud cap. literas.

DISPVAT. TRIGESIMANONA.

Vtrum possit vir irritare vota ab uxore ante matrimonium emissa: vel eo constante, sine sua licentia, siue tunc implenda, siue facta in tempus soluti matrimonij: licet sint vota castitatis, & religionis: votaque, sic irritata à viro, minimè reuulsant soluto matrimonio?

SVM MARI V.

Q uoq; sunt questiones disputandae nu. 1. & ibi remissiū de dispensatione in votis coniugium castitatis seruanda.

Bisariam potest aliquis subiici, nōp, quoad matrimonium, eum, quod statim magis explicabo. Huius sententia videtur Goffredus num. 2. relatus, vbi non dixit absolutè hanc problem esse illegitimatam, sed quoad ordinis, & dignitates, nempe ecclesiasticas, & beneficia. Et tenet expressè Rainerius summa, ut filiis presbit. 5. sed pone. Anton. d. cap. literas num. 7. ibi Abbas num. 4. fine. Cardin. q. 1. fine. Astenis summa 2. p. lib. 6. tit. 22. art. 3. q. 5. Bellemeta d. cap. literas nu. 3. tota q. 3. Maiolus de irreg. lib. 1. cap. 4. num. 9. Atq; idem dicit, & bene numer. 7. de prole suscepit ex coniugibus, qui professionem fecerunt matrimonio iam consummato. Quia eadem est ratio: cum matrimonij vinculum perseverat. At secundum est problem suscepit ex viro sic ad ordines promoto, esse irregularem. Quod probat d. cap. literas, & dicens ibi Glossa verb. legitima. Hostiens. ad finem, super verb. permittimus. Ioannes Andr. num. 6.

Refertur sententia aferens solū subiici uxori ratione materiæ promise, virumq; sola vota sibi præiudicantia posse irritare. num. 2.

Vxor subiicitur veroq; modo viro, potestq; vir omnia tuis vota irritare: licet sint de rebus necessariis, ut non mentiri, num. 4.

Quid, si votum sit eandi in subsidium Hierosolymitanum, num. 5.

Quid, de votis factis animo ingrediendi religio nem ante matrimonij consummationem: remissiū num. 6. & ibi, remissiū de voto religionis.

Quid, si alter coniux adulter sit, an possit innocentis vota irritare: licetq; innocentis cam eo irritandi periculo remittere adulteri injuriam: vel si qui non est matrimonio sun-

ctu, illud inire, si sciat fore ut alter coniux impedit vota implere. num. 7.

Quid celebrato divorcio & an liecat coniugibus redire ad pristinam amicitiam, cum eo periculo irritandi? num. 8. & ibi, remissiū, quid de votū temporis divorciū faciat.

Soluuntur argumenta. Traditurg. ratiō, cur ne queat prælatus irritare votum religiosi trāfendū ad perficiorem religionem. n. 9.

Post. num. 9. inuenies alia summaria.

HAec enim de obligatione votorum coniugatorum disputatum est.

Iam de remedio, quo potest illis consuli, disputandum est. Quod duplex est. Alterum dispensationi. De quo latè differtur est lib. 8. Alterum irritationis. Et de hoc est disputandum in præsenti, & aliquibus sequentibus disputacionibus. Sunt igitur in præsenti disputacione, quinq; agitandæ questiones. Prima, de potestate viri irritandi omnia vota uxoris, dempto castitatis voto, emissa initio matrimonij, pro tunc implenda. Secunda, de potestate irritandi votum castitatis eo tempore emissum, tuncq; imple-